piebate, et fundatorum mente minus alienum est, transferri omninò nefas esse. Quapropter cum Aplico Nuncio in hoc Regno et M. D. L. Regenti non sine gravi animi sui merore innotuerit Illmas Per Illes atque Magcas DD. VV. inter pactiones in Congressu cum Cosaccis habendo, ineundas, quedam velle ex eorundem impulsu dirrubere, et successivè apponere puncta, que sanctè Unionis Ecclias, earumque bona respiciunt, et Greco Romano Unitorum Juribus aliquod possent preiudicium parere, quod profecto est fomentum Schismatis, ita sensim in destructionem Status Catholici Uniti tenderet, et in eterne salutis discrimen tot Animas Jesu Christi cruore redemptas adduceret (ex quo ortum est, ut licet omni conatu alias hec studuerit Respca publice quietis amore Cosaccos omnium postulatorum, quamvis S. Unioni perniciosissimorum, voti compotes reddendo ad pristinam obedientiam trahere; attamen ipsi à perduellione numquam recesserint, Deo id, ob derelictam ipsius Causam et spreta Sac. Unionis Jura evidentissimè operante) Aplicus idem Nuncius, ut proprij muneris partes adimpleat, utque mala, que hac de Causâ ex iusta eterni Numinis indignatione ob posthabitam humanos propter respectus ipsius causam exoriri forsan possent pro viribus avertat, Illmas Per Illes et Magcas DD. VV. in visceribus Christi Dñi hortatur, et rogat ne quidquam prorsus peragant, aut peragi, statui, vel decerni sinant, quod minimè etiam ex parte Jura Catholice Romane Eccle